125v Nos Guilliernus episcopus antedictus vigore potestatis antedictae tam per dictas communitates hinc inde quam per dictos eorum procuratores nobis concessit et largire arbitrate remissionis nobis per Dominum Humbertum facti cupientes ad pacem et concordiam dictas partes hinc inde deducere et in vera pace et quiete ponere quantum nobis esset possibile in presencia qua supra onus dictae potestatis in nos assumpsimus et assumimus et relatione nobis tam per clericos quam per consuetudinarios quibus de voluntate dictorum procuratorum et consensu dictorum nobiscum adjunctorum commisimus hinc inde pro dicta per partes visitare ac nobis refferri ea propter nos Guilliernus episcopus antedictus arbiter arbitrator medius seu amicus dictorum parcium predictus compositor de voluntate et consensu dictorum dominorum nobiscum assistencium amicorum et nobis adjunctorum Dei nomine invocato in qua supra presencia pro bono pacis et concordie ipsorum parcium pronunciavimus et ordinavimus prout sequitur,

In primis, quod pax et tranquillitas verusque et sincerus amor sit et permaneat et esse debeat in futurum inter dictas partes prout inter bonos vicinos vigere debet.

Item, pronunciavimus et ordinavimus quod homines et communitas de Gerissens et de Lugnouroz habeant et habere debeant perpetue quindecim falcatas sive seytoratas prati capiendum quantum fieri poterit prope eos supra dictos homines et communitatem de Cudriffini in pascuis dou Pontey de longo.

Item, subtus clausum dictum Bovet jusque ad portum et de terra sicca ? et firma ita et taliter quod dicti homines de Gerissens et de Lugnouroz eas integras habeant sic quod si non sufficiat ibidem ultra capiatim et detur de dictis pascuis dictis hominibus de Lugnouroz et de Gerissens ad perficiendum dictas quindecim falcatas prati que quindecim falcate prati limictentur et ibidem bone fiant quas quindecim falcatas prati dicti homines de Gerissens et de Lugnouroz tenerant et habenat et ad cenum se tenere recognoscant a predictis de Cudriffino pro precio et somma unius denarii bonorum Lausannensium pro qualibet falcata seu seutorata prati solvendum eisdem de Cudriffin anno quolibet in festo Beati Andree Apostoli quo cense solvi consueverunt.

Item, pronunciavimus et ordinamus quod dicti homines et communitas de Cudriffin manutenere debeant in futurum et imperpetuum dictis hominibus et communitati de Gerissens et de Lugnouroz dictas quindecim falcatas prati et limictare prout supra.

Item, quod dicti homines et communitas de Lugnouroz et de Gerissens dictas quindecim falcatas seu seitoratas prati semel in anno quolibet ponere vulgariter en devin ("off limits", entry forbidden) et clandestine valeant et secare et tondere seu tondi facere et herbam primam colligere in tempore opportuno et illis partibus consueto sive solito sic quod interim ? (lacks two minims for iterum) dum erunt ut prefertur en devin (= en devin) dicti homines de Cudriffin in dictis quindecim falcatis seu seitoratis prati minime valeant eorum animalia ? ponere nec pasturari possint.

Item, pronunciamus et ordinamus quod dicti homines de Cudriffin possint et valeant cetera eorum prata et pascua dou Pontex ponere semel iterum ponere semel in anno similiter en devin, et primum florem recolligere ut supra nec liceat dictis hominibus de Gerissens et de Lugnouroz aut communitati eidem dicto durante termino quo ipsa pascua emit en devin intrare nec eorum animalia pasturari facere in eisdem.

Item, pronunciamus et ordinamus quod pasturagium dou Pontex tam dicte quindecim falcate sive seitorate prati vel pascuorum quam pascua alia douz Pontex sive pasturagia quam diu non erunt en devin prout supra sint et esse debeant ac manent pro pasturando et ad usum pasturandi eorum animalia communes et communia inter homines et communitatem de Cudriffin et homines presentes et futuros imperpetuum de Gerissens et de Lugnouroz prout sequitur et distinguitur, videlicet precipie a meta novissime apposita in loco vulgariter appellato versus Grangiam dicti Goffard juxta viam publicam supra rivum de laz Cuaz, que meta discernit pasturagium illorum de Cudriffin et de Vuallamant, que meta est ultima aliarum metarum discernencium dictum pasturagium de Cudriffino et de Vuallamant, videlicet a parte boree, a quaquidem meta superius declarata a parte superiori recte tenendo ad lacum Mureti per locum qui dicitur Pierre Jours illi de Lugnouroz et de Gerissens cum illis de Cudriffino ex nunc in antea pasturare teneantur et

debeant, et ab eadem meta a parte inferiori seu lacus Novicastro recte tenendo per cursum aque dicti Rivi de laz Cuaz usque ad prata de Cudriffim et a dictis pratis de Cudriffin eciam recte tenendo per inter campos et ipsa prata de Cudriffim que excluduntur et remanet de pasturagio de Cudriffin usque ad ultimum locum prati vocati Praz Gollaird a parte boree, et a dicto Prato Golliard excluso et remanente de dicto pasturagio Cudriffim recte emido per prata de Pegrant et caretos de Cudriffim exclusis ipsis caretis et remanentibus ipsis de Cudriffin usque ad locum sive angulum dictorum pratorum de Pegrant a parte caretorum tangencium dictam pascuam dou Pontex et a dicto angulo recte tenendo usque ad locum vulgariter appellatum Bey Roguynet ? et a dicto Bey Roguynet ? recte procedendo per cursum aque dicte Bey Roguynet ? usque ad pascuam de Cudriffin vulgariter nominata Pascua de laz Ronsy, que pascua illis de Cudriffin remanet perpetue et ab eodem loco seu introitus ipsius pascue da laz Ronzy similiter recte tenendo per inter ipsam Pascuam de laz Ronsy et caretum usque ad cursum aque Broye, per quam Pascuam de laz Ronsy in fine, scilicet ? a parte boree fiat et fieri debeat unum iter comune seu una plathea per quam seu per quod dicti de Lugnouroz et de Gerissens et alii pasturantes possint et valeant a dicto careto communum dou Ponteyz ducere et reducere animalia sua ad lacum Novicastro propter ? ad quando, videlicet de latitudine quindecim astarum ? qualibet asta de longitudine viginti pedum hominis comunis ita quod illi de Lugnouroz et de Gerissens suique heredes et successores in dictis villis possint et valeant acque debeant infra dictas limictes, videlicet a parte boree ex nunc et imperpetuum cum illis de Cudriffin pasturare cum animalibus suis grossis et minutis pasturagium suum habere et de ipsis pasturagiis cum illis de Cudriffin uti et gardere perpetuis temporibus valeant et tenantur sine contradicione a qua per illos de Cudriffin nec per eorum successores ipsis in futurum fienda sic et taliter quod absque dampno et impune dicti homines et comunitas de Lugnouroz et de Gerissens ultra terminos dictarum quindecim seytoratarum prati sive pastuorum sua animalia ducere et duci facere et pasturari in pascuis dou Pontex dictorum de Cudriffino et econverso prout supra declaratum et licteratum fuit.

127 Item, ordinamus et pronunciamus quod dicte quindecim falcate seu seitorate prati seu pascuorum tradendo per illos de Cudriffin dictis hominibus de Lugnouroz et de Gerissens per nos seu auctoritate nostra limictentur specifficentur et bone seu fines fiant.

Item, predictis bonis sive limictibus sic factis volumus et ordinamus quod animalia dictorum hominum de Lugnouroz et de Gerissens non exeant bonas seu limictes durantibus primis floribus pascuorum que dicti homines de Cudriffim posuerint en devin gallice.

Item, pronunciamus et ordinamus quod si animalia dictorum de Lugnouroz et de Gerissens exirent in terras arabiles blada vel avenas seu alias segetes dictorum hominum de Cudriffin et ein eis reperirentur vel econtra tunc capiantur et redimantur juxta dampnum datum.

Item, pronunciamus et ordinamus quod *Rodum gallice Ros* quo ad sequatorum ? et proprietate in remaneat illis de Cudriffin et eis pertineat.

Item, pronunciamus et ordinamus quod aqua seu rivus superius declaratus et eius decursus et fluxus tribus diebus cuilibet ebdomade pertineat hominibus et comunitati de Lugnouroz et de Gerissens et tribus diebus aliis ebdomage dictis hominibus et communitati de Cudriffino exceptis diebus dominicis, quorum uno dicte dominici percipiant aquam homines de communitate de Gerissens et de Lugnouroz, alia altera pars alteram quovismodo impedian. (Evidently, the residents of Lugnouroz and Gerissens would have access to the waters of the Cuaz, the Bey Roguinet, and possibly also the Broye Monday through Wednesday, and those of Cudrefin Thursday through Saturday, and each party on alternate Sundays, an arrangement that must have led to a certain amount of confusion.)

Item, pronunciamus et ordinamus quod missillaria de Cudriffim dicti homines de Gerissens et de Lugnouroz pro quolibet eorum equo majore tribus annis solvant et debeant anno quolibet unum bichetum frumenti, pro ceteris equis sive pullis et aliis animalibus sive gregibus minime (faint strokes over both i's) teneantur.

127v Item, pronunciamus et ordinamus quod homines et comunitas de Gerissens et de Lugnouroz solvere debeant et teneantur infra unum mensem a data presencium quindecim libras Lausannenses bonorum preffatis hominibus de Cudriffino pro expensis factis ita quod dicti homines debeant et tenentur facere satisfacere et contemptare de salario competenti et debito pro labore et mercede ? clericorum et consuetudinariorum qui dictas agensis jura licteras et instrumenta visitaverunt et onus videndi eadem habuerunt et hoc prius quod recedant.

Item, pronunciamus et ordinamus de voluntate et consensu quibus supra quod siquid ambiguum, obscurum, aut minus suffocienter declaratum aut non dictus fuerit vel dissensio oriatur in premissis quod nobis reservamus et facultatem nobis attribuimus declarandi interpretandi ordinandi quociens nobis placuerit pro arbitrio nostre voluntatis.

Et hoc ? usque ad annum quibus sit pronunciatis et ordinatis nos Vuilliermus Ramuz, Uldricus Hugonet, Othoinus de Montet pro parte predictorum de Cudriffino, et nos Cuanetus Milandre, Vuilliermus Malacher, Nycodus Johantet pro parte dictorum de Gerissens et de Lugnouroz procurators et procuatoriis nominibus quibus supra premissa omnia et singula presentes audimimus et pronunciata ut preffertur et per dictum reverendum in Christo Patrem fuisse et sic esse confitemur ea quod nos omnes et singuli predicti nominibus quibus supra laudamus, ratificamus, et emologamus, et eadem roboris firmitatem perpetui et sic fieri volumus consensimus in eisdem, et promictumus ? nos Vuilliermus Ramuz, Uldricus Hugonet, et Othoinus de Montet pro parte dictorum hominum et communitatis de Cudriffim ex una parte et nos Cuanetus Milandre, Vuilliermus Malacher, et Nycodus Johantet pro parte dictorum hominum et comunitatis de Lugnouroz et de Gerissens tam nostris quam procuratoriis nominibus quibus supra hinc inde quantus quanlibet dictarum comunitatum tangis aut potest tangere et pro posteris nostris in dictis comunitatibus juramentis nostris et in animas dictorum constituencium ad Sancta Dei Evvangelia corporaliter tacta preffatis tenere actendere et in futurum inviolabiliter observare et maxime nos dicti procuratores constituti dictorum hominum et comunitatis ville Cudriffini sub ypotheca et obligacione dicti census debiti

ad causam dictarum quindecim seytoratarum prati seu pascuorum prout supra tenere, actendere, et inviolabiliter observare et non contra facere vel venire per nos vel per nostrum alterum quomodolibet in futurum nec alicui contraverire volenti in aliquo consentire, et nos Johannes de Novocastro miles, Jacobus Testoris (elsewhere Textoris, Textor) amici electi ad adjuncti confitemur omina et singula supra pronunciata et ordinata fore vera et de nostra voluntate processisse et consensu consensisse,

128 Renunciantes nos Vuilliermus, Uldricus, et Oththoninus preffati ex una parte, et nos Cuanetus Milandre, Vuilliermus Malacher, Nycodus Johantet ex alia parte pro nobis et nostris quibus supra nominibus et comunitatis auxilium remedium juris et facti exceptionibusque et deffensionibus consuetudinibus statutis usibus et observanciis patrie et loci etc., et juramus ut supra et nos etc., datum Lausanne 12 apr 1424.

Quandem recognicionem, specifficationem. et declaracionem omniaque et singula supra et infrascripta promittunt dicti scindici et gubernatores recognoscentes juramentis suis super Sancta Dei Evvangelia corporaliter prestitis et sub obligacione expressa rerum, bonorum, et possessionum superius limictatarum et designatarum ac omnium et singulorum aliorum dicte comunitatis Cudriffini bonorum mobilium et immobilium presencium et futurorum quoruncunque ratas, gratas, et firmas, rataque grata et firma habere tenere perpetue inviolabiliter observare et non contra facere dicere causa in futurum nec cuiquam contra venienti nullomodo consentire clamam ? palam tacite vel expresse, qui nymo de omnibus et singulis premissis fideliter deservire preffato domino nostro ducti parere et obedire prout quilibet verus homo eius condicionis suo dominio tenetur debet et potest comodumque ipsius domini nostri ducis et suorum quorumsupra procurare et incomodum evitare juxta eorum posse necnon census superius designatos aliasque tributa servicia et usagia per ipsos debita ipsi domino nostro duci et suis annis singulisolvere loco termino et in manibus quibus supra unacum dampnis missionibus interesse ac expensis occasione dictorum censuum ut dictum est solvendum et non solutorum sustentis ? pariter et incursorum,

128v Renunciantes autem in hoc facto dicti recognoscentes ex ipsorum certa sciencia sub vi juramentorum suorum jam superius prestitorum omni exceptionis, doli, malivis metus in factum actioni rei aliter geste quam scripte et econtra exceptioni dictarum recognicionis confessionis specifficationis declaracionis promissionis bonorum obligationis ominumque et singulorum premissorum non sit non rite et non legitime actorum ut superius sunt expressa juridicenti confessis extra judicium factam et non coram suo iudice non valere juri per quod deceptis in suis conractibus subvenitur omni consuetudini usui patrie et loci ac omni alii juri canonico et civili scripto et non scripto per quod contra premissa ve premissorum aliquam venire possent aut in aliquo sethueri potissime juri generalem renunciacionem reprobanti nisi precessit specialis,

Protestantes ulterius dicti scindici recognoscenties protestatique sunt in principio medio pariter et in fine huiusmodi sue recognicionis quod si per oblivionem aut ex inadvertancia vel alias in sua presenti recognicione erraverint plus vel minus aut ultra formam debitam recognoscendo quod illud plus vel minus sibi non possit neque suis imputari seu esse vel redere in prejudicium quem parati se offerunt voluntque et per

presentes concedit dictum errorum si quis reperiatur quod non credunt semper posse et debere corrigi et emendari ad bonum et sanum intellectam per me dictum notarium et commissarium aut alium a dicto domino nostro duce vel suis deputandum addendo in eadem que fuerunt addenda et de eadem detrahendo que fuerint detranenda sine sui vel suorum prejudicio quocunque ipsis recognoscentibus presentibus et testibus subscriptis absentibus vel etiam presentibus sine mutacione date presencium, datum et actum loco die anno et indicione quibus supra, presentibus in premissis Anthonio Monaci et Petro Panchiviaz notariis residentibus Cudriffini testibus ad hec vocatis, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

129 Montmagnyel – recognicio proborum hominum et comunitatis de Mommagnyel en Vuillier

08 dec 1458 : Johannes Lup (=Loup) antenatus, Johannes Lup junior, Humbertus Lup, Regnaudus Berthod, Vuillermus de Rippa, Johannes Berthod, Petrus Berthod, maiorem partem omnium habitantium faciencium nominibus ipsorum et tocius villagii de Mommagnyel, confitentur et per presentes publice recognoscunt tanquam si essent in iudicio coram suo iudice ordinario propter hoc personaliter evocati se fore velleque fore et esse debere homines liberos predicti domini nostri ducis heredumque et successorum suorum quoruncunque ac posteritates eiusdem ad causam dicti loci Cudriffini seque tenere velle et debere tenere ad censum annuum et perpetuum secundum bonos usus et consuetudines de Vuillier a memorato domino nostro duce et euis, ea que sequuntur, (Various properties, and in the margin, in a much later French, many of the censes and lieux-dits are noted)

129v Et primo, de bonis et recognicione eiusdem comunitatis ex accensacione ut asserunt eiusdem facta, ...

Censiers : Vuillermus de Chinaul ; Vuillermus Falliobaz de Murs ; Johanneta filia quondam Humberti Tirechapiron de Bellarippa uxor Jaqueti Buchinel ; Henricus Buytel de Costantina ; Vuillermus de Rippa alias Perret eiusdem loci de Mommagnyel ; Petrus Berthod ; Johannes Cuschoz de Mommagnyel ; Henricus Buytel.

Witnesses Ludovicus de Tretorens clericus et Uldrisetus Hugoneti clericus Cudriffini, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

131v Discretus Bartholomeus de Tretorens burgensis Cudriffini

20 nov 1458 : Bartholomeus de Tretorens commissarius et receptorius extentarum recognitionum Cudriffini, this reconnaissance recorded by Anthonius Monachi, thus avoiding a conflict of interest, purchased by his father quondam Guionetus de Tretorens filius quondam Johannis de Tretorens burgensis Melduni, from Jaquetus de Grouler de Costantina (09 nov 1450 ? – see fol. 135), previously recognized by Perrodus Popischat de Cudriffino.

Censiers (?) : heirs of Girardus Terralion; Johannes de Molendino; Humbertus de Rippa; Francesia filia quondam Perrodi Darryod relicta quondam Johannis Teraulx ? ; Johannes de Vyveis (Vyneis ?) ; Nycoleta filia Jaqueti Festellin et Mermetus de Montet ; Mermetus de Montet ; Johannes filius Aymoneti Periard ; Vuilliermus et Petrus Ramuz fratres, Johanneta filia quondam Johannis de Missiez ; Girardus Roguinet ; Hansonus Soler ; Johannes Periard.

Also property purchased by his father Guionetus de Tretorens 04 nov 1435 from Henrieta filia quondam Petri Pouler de Paterniaco uxor Henrici Gatoliere nepotis ac heredis deffuncte Alexie Goffardaz. Many other names. The previous reconnaissants have not yet been identified in FL 392, but should presumably be found there.

Witnesses Uldrisetus Lachoz, Johannes Hugonet, Petrus Heremant, et Othioninus Coronaz, with subscription, signature, and paraphe of Anthonius Lemoyne (=Monachi).

138 Venerabilis dominus Aymonus Paccot (Pacoti) curatus et rector moderni parrochialis ecclesie de Cudriffino

19 nov 1458 : censiers : Petrus et Vuilliermus Cueffy alias Mortaulx de Cudriffino ; Johannes de Montet antenatus ; Petrus Paradix residens in Mureto ; Petrus Ros ; Vuilliermus et Petrus Ramuz fratres ; Johannes Montet antenatus ; Othioneta filia quondam Nycodi Corbaz ; Johannes et Jaquetus Groubat ; Roletus de Cabanis ; Othioninus de Montet ; Johannes et Petrus fratres filii quondam Johannis Cuarnillion. Various properties, from various sources.

Witnesses Anthonius Monachi notarius Mureti, et Petrus Panchiviaz clericus Sancti Albini, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

(« Singular » reconnaissances, so designated in the repertorium :)

141 Guilliermus de Chastonay de Sancto Nelegiez (from title of the reconnaissance), but in the text, the reconnaissant is **Johannes filius quondam Petri Cosander alias de Molendino multor residens in Molendino**, as a result of a division and cession made to him by Guillermus de Sancto Nelegiez alias de Chastonay olim multor Molenus... videlicet **totum molendinum Cudriffini**

29 nov 1458 : the document includes the concession to Vuilliermus de Chastonay, 30 nov 1444 – the rights to operate the mill had been auctioned to the highest bidder.

Witnesses Anthonius Monachi de Mureto notarius, et Uldrisetus Hugonet de Cudriffino clericus, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

145 Regnauldus et Roletus fratres filii quondam Roleti Berthoz (Berthod) de Mommagnyel, 27 jan 1458, ex hereditate paterna ad censum annuum et perpetuum secundum bonos usus et consuetudines de Vuillier, videlicet de Planchiis de Trembley per me dictum

commissarium noviter inventas, terciam partem trium posarum terre sitarum in territorio de Mommagnyel loco dicto en Tremblex, cense 12 denarios, no indication of how the property is from their paternal inheritance and, at the same time, newly set off by the commissaire, witnesses Johannes Luppi antenatus et Jaquetus Soutier de Constantina, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

146 **Nycoletus Verdon filius quondam Johannis Verdon de Mommagnyel en Vuillier**, 27 jan 1458, ex eius hereditate paterna ex bonis et recognicione Berthodi Vuarnoz de Novocastro, witnesses Aymo Penard et Johannes Roget de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

147 **Vuilliermus de Rippa alias Perret de Portualbano residens apud Mommagnyel**, 27 jan 1458, previously recognized by Berthodus Vuarnoz de Novocastro. Also property previously recognized by Regnaldus Soutier de Sancto Albino en Vuillier; property previously recognized by Mermetus filius quondam Hugonis de Monmmagnyel; and property previously recognized by Conodus filius Jaqueti Bertod de Cudriffino, witnesses Aymonetus (but in the previous reconnaissance above, he is Aymo) Penard et Johannes Roget de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

149 **Jaqueta filia quondam Jaquetus Bachellard de Montmagnel uxor Girardi Panchivia de Sancto Albino en Vuillier**, 12 jun 1458 (anno et indicione quibus supra), ex donacione dotis sibi facta per Petrum Bachellar eius fratrem de bonis et recognicione Petri filii quondam Perrodi Morel de Montet de Cudriffino.

Censier: Johannes filius quondam Johannis Luppi de Mommagnyel.

Witnesses Uldricus Tissot et Nycodus Ramuz de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

150 **Johannes Vallamont alias Crissiez de Mostier en Vuilliez et Agneta uxor Johannis Johantet dicti loci**, 30 jan 1459 : quilibet ipsorum pro medietate, de bonis et recognicione Perrodi Vuallamont, witnesses Ludovicus de Tretorens notarius et Nycodus Ramuz de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

151 **Petrus filius quondam Octhonini Vacheron residens apud Murs**

01 feb 1459, ex hereditate sua paterna ex bonis et recognicione Cuaneti Event, also property previously recognized by Perrodus Cuanillion, witnesses Nycodus Ramuz et Aymonetus Penard, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

152 Successive..., another reconnaissance for the same Petrus Vacheron, same date, property ceded and donated by heirs of the late Johannes Pigvar alias Ribauld of Lugnourroz, and previously recognized by Mermetus Pigvard de Lugnourroz, in presencia predictorum testium, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

152v **Petrus et Jaquetus Gugny fratres de Gerissens**, 02 mar 1459, ex nova accensacione pre dictum commissarum eisdem facta de bonis antiquitus recognitis per Mermetum Pigvard de Lugnouroz virtute cuiusdam quictionis sive habandonacionis predicto domino nostro duci facte per heredes quondam Johannis Pigvard alias Rivauld de Lugnouroz, videlicet unum morsellum vinee situm en Sommas de longitudine vinee Petri Querry et Rolete filie Mermeti Malachard a parte venti, vinee Perrissone uxoris Cuaneti Charvet a parte boree, affrontat a parte orientis super vineam Octionini Bovet, et a parte occidentis super terram Jaqueti Ramel, pro quoquidem morsello vinee debere confitentur dicti recognoscentes pro se et suis anteffato domino nostro duci et suis quatuor quarteros vini mesure Mureti et viginti unum denarios Lausannensium census, in presencia in precedenti recognicionis descriptorum, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

153v **Perrissona filia quondam Perrodi dicti Chautemps relicta quondam Vuilliermi Perrolet alias Ramel de Gerissens**, 02 mar 1459, ex eius hereditate paterna, de bonis et antiqua recognicione quondam Mermeti Pigvard de Lugnouroz, en Somma,... , in presencia prescriptorum testium, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

154v **Johannes Quiquilliard de Deller residens apud Chabrey et Ysabella filia quondam Petri Rombosson de Chevrod uxor Johannis filii quondam Jaqueti de Molendino de Villar en Vuilliez**, 03 feb 1459, videlicet dictus Johannes ex eius hereditate materna et dicta Ysabella ex hereditate paterna, quilibet pro medietate, de bonis et antiqua recognicione Roleti de Chevrod, witnesses Anthonius Monachi notarius Mureti et Petrus Panchivaz clericus Sancti Albini, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

156v **Vuilliermus Ramuz burgensis Cudriffini et Octioninus de Montet**, 01 feb 1459, ex bonis et recognicione Johannete relicte Berthodi Magnoz uxoris Petri Morel de Staviaco et Petri Magnoz, ea que sequuntur ex eorum hereditatibus paternis, witnesses Nycodus Ramuz et Aymonetus Penard, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

158 **Petrus Vessaz de Chabrey filius quondam Hugueti Vessaz dicti loci**, 01 feb 1459, de bonis [et] antiqua recognicione Mermeti filii Vuilliemynodi de Campmartino ex partagio et dimisione facta cum patre suo predicto, witnesses Ludovicus de Tretorens et Petrus Panchivaz clerici, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

159 **Johannes Champion residens in Cudriffino**, 03 feb 1459, ex accensacione nova per me dictum commissarium sibi facta de bonis et antiqua recognicione Mermeti filii Vuilliermodi de Campomartino, witnesses Nycodus Ramuz et Aymonetus Penard de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

160 **Jaquetus Cuschoz de Gerissens parrochia de Mostrier, filius quondam Humberti Cuschoz de Gerrissens**, 03 feb 1459, de eius hereditate paterna, witnesses Ludovicus de Tretorens clericus et Nycodus Ramuz de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

161 **Petrus filius quondam Jaqueti Bachellard de Montmagnel nunc residens in Mureto**, 03 feb 1459, ex hereditate paterna et ex accensacione dicto quondam eius patri facta ut asserit per officarios domini, also properties from various sources, and with censier Petrus Ramuz de Salavaux, witnesses Ludovicus de Tretorens clericus et Uldrisetus Lachoz de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

163 **Octhoninus Coronaz filius quondam Anthonii Coronaz burgensis Cudriffini**, 03 feb 1459, de bonis et recognicione Mermeti Vuilliemynod de Campo Martino ex accensacione nova per me dictum commissarium sibi facta, in presencia testium prescriptorum, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini.

164 **Abbey and convent of Magrogia extra muros ville Friburgi**

01 dec 1459, Venerabilis Religiosus Frater Jacobus de Sucz ordinis cisterciensis procurator et procuratorio nomine venerabilium dominarum abbatisse et conventus de Magrogia extra muros ville Friburgi Lausannensis diocesis, viginti solidos Lausannenses census dictis dominabus datos et legatos per dominos de Grandissono olim dominos predicti Cudriffini, cuiusquidem donacionis sive legati dictorum viginti solidorum census tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis,

Nos Petrus dominus de Grandissono notum facimus universis presentibus et futuris quod nos pro nobis et nostris heredibus in remedium animarum precessorum et predecessorum nostrorum et nostre, damus et concedimus et nos dedisse et concessisse confitemur imperpetuum et irrevocabiliter donacione pura facta inter vivos pro elemosina perpetuo valitura abbatisse et conventui de Magrogia Lausannensis diocesis cisterciensis ordinis pro se et successoribus suis viginti solidos Lausannenses annui redditus censuales solvendos singulis annis abbatisse et conventui predicto et successoribus suis a nobis et nostris heredibus in festo Resurreccionis Domini annuatim, inclusis in dictis viginti solidis decem solidis censuales datis quondam abbatisse et conventui predictis per virum **Nobilem Dominum Jacobum de Grandissono** quondam genitorem nostrum lineam, quosquidem viginti solidos Lausannenses censuales preditos assignamus et assectamus parcipiendos et habendos singulos annis in dicto festo, supra piscinam ? et vendragium nostros de Broya cum juribus et pertinenciis piscine et vendragii predictarum..., in cuius rei testimonium nos Petrus dominus de Grandissono predictus sigillum nostrum duximus presentius apponendum, datum 13 apr 1338, quequidem lictera ad perpetuam rei memoriam inserta extitit modo et forma predictis, datum et actum die, anno, loco, et indicione quibus supra (i.e., 01 dec 1459), presentibus in premissis Nycodi Ramuz et Aymoneto Penard de Cudriffino, but without signature or paraphe.

165 **Johannes et Bartholomeus fratres filii quondam Roleti Gaschet** de Villar en Vuillier

03 feb 1459 : From their paternal inheritance, property recognized by Mermetus de Cabanis de Cudriffino; also from paternal inheritance property recognized by Reygnaudus de Costel (censier: Johannes Roumont) (these premises confirmed to the said recognoissants by Humbert de Savoye 24 nov 1426 ? However, this statement may be misleading ; it is far more likely that the confirmation by Humbert de Savoye was to

Roletus, their father, since the property came to the brothers Johannes and Bartholomeus Gaschet from their paternal inheritance, and their father Roletus himself was still alive as late as 12 may 1448 in the terrier Fl 394.)

Et primo, ex eorum hereditate paterna de bonis et recognicione Mermeti de Cabanis de Cudriffino dimidium seytoratam prati sitam in finagio subtus Villar in Prato Sentymary de longitudine prati Petri et Jacobi Perrier a parte boree, prati dictorum confitencium a parte venti, affrontat a parte orientis super pratum dictorum confitencium, et a parte occidentis super carreriam publicam, pro quaquidem dimidia seytorata prati debere confitentur dicti recognoscentes prenominato domino nostro duci et suis duodecim denarios Lausannenses census.

Item magis, tenere confitentur dicti recognoscentes a jandicto domino nostro et suis unam posam terre sitam in territorio de Villar en Vuillier loco dicto en Planta de longitudine terre dicti Johannis Monner junioris et Girardi Criblet a parte occidentis, terre Jaqueti dou Moulin a parte occidentis, affrontat a parte venti super terram dictorum confitencium, et a parte boree super terram Johannis Monner junioris, pro quaquidem posa terre debere confitentur dicti confitentes prenominato domino nostro duci et suis duodecim denarios Lausannenses.

165v Item magis, tenere confitentur prenominati confitentes a sepenominato domino nostro duci et suis ex dicta eorum hereditate paterna de bonis et recognicione Reygnaudi de Costel duas seytoratas prati sitas in finagio subtus Villar loco dicto en Marest en Baumes en Pueis in Prato de Costel de longitudine prati Johannis Roumont a parte venti, prati Marguerete filie quondam Johannis Perrin a parte boree, affrontat a parte orientis super pascuam, et a parte occidentis super pratum ecclesie de Constantina.

Item, sex decim denarios Lausannenses annue pensionis sibi annis singulis debitos per Johannem Roumont pro duabus seytoratis prati sitis ibidem limictatis de recognicione dicti Johannis Roumont pro quibus premissis debere confitentur dicti recognoscentes Petro de Clerie alias de Costel decemocto denarios Lausannenses annue pensionis de quibus dictus Johannes de Roumont debet supportare onus dicti census, que premissa fuerunt dictis recognoscentis laudata per Spectabilem Militem Dominum Humbertus de Saubaudia bastardam dominum Cudriffini precio quatuor librarum Lausannensium ut in lictera sigillio dicti Domini Humberti sigillata data 24 nov 1426 continetur, witnesses to the present reconnaissance of 1459, Nycodus Ramuz and Aymonetus Penard, but without signature or paraphe.

166v **Chapel of the Blessed Virgin in the city of Cudriffin** (from Grandisson family), 05 jan 1459, includes text of document of 30 jul 1342.

Dompnus Johannes Malliaci et Rodulphus Bovet presbiteri rectores capelle Beate Marie Virginis de Cudriffino nomine et ad opus prescripte capelle, virtute legatorum et constitutionum dicte capelle factorum per quondam bone memorie Dominum Petrum de Grandissono tunc dominum ipsius loci Cudriffini, videlicet omnes census et redditus contentos et declaratos in licteris de quibus tenor sequitur et est talis,

Nos Johannes Dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Lausannensis, notum facimus universis, quod cum **Nobilis et Potens Dominus Petrus dominus de Grandissono** et communitas proborum hominum de Cudriffino nostre Lausannensis diocesis, affectantes quod dominus cultus augmentetur et quod domunus officia infra dictam villam de Cudriffino celebrentur perpetuo volentes unam capellam de suis bonis et redditus dotare et fundare in honore Beati et Gloriose Virginis Marie nomine ? cum instancia supplicarunt ut ad regimen dicte capelle duos capellanos ad presentationem dicti domini Grandissoni instituerem, nos videntes suplicationem ipsorum domini Grandissoni et communitatis Cudriffini fore consonam rationi eisdem pro nobis et nostris successoribus ... et concedimus fundacionem dicte capelle diversimodo de suis propriis redditibus bonis mobilibus et immobilibus et francho allidio absque lesione et dampnificacione parrochiali et ecclesie de Cudriffino ipsam dotem..., sum of 24 livres comprised of lands and rents, with approval and express consent of Discretus vir Dominus Johannes Fabri de Cossonay curatus de Cudriffino, list of masses to be celebrated, composition of the clergy, etc. Beginning on fol. 168, a list of persons who owe the underlying censes:

168 Videlicet, super Johanne Agnens octo solidos novem denarios cum obolo Lausannenses censuales.

Item, super Petro Girard ? duodecim solidos et sex denarios Lausannensium censuales.

Item, super Condardo filio a laz Tartressaz quatuor decim solidos et tres denarios Lausannensium censuales.

Item, super Rodulpho filio Aymonis septem solidos et decem denarios Lausannenses census.

Item, super Borcardo Clerc et liberis Petri Lemuraz ? (very uncertain) septem solidos et decem denarios cum obolo Lausannensium census.

Item, super Borquyno sive Johannodo filio quondam Cristini dicti Le...caz ? octo solidos et octo denarios cum obolo Lausannensium census cum omni jure...

For Lugnorre,

Item, viginti solidos Lausannensium census quos solvere debet annis singulis in quolibet festo Beati Galli Confessoris Johannodus de Adventhica quondam filius Johannis quondam filii Domini Rodulphi de Adventhica militis quos assignavit et assignat idem Johannodus super gietum suum de Villar en Vuilliez.

Item, super omni alia bona sua que habet in villa de Villar et territorio eiusdem quam assignacionem fecit et facit idem Johannodus de laude dicti domini Grandissono.

Item, dicta communitas ville predictae Cudriffini de laude dicti domini Grandissono dedit et concessit in perpetua dicte capelle et dictis servitoribus quatuor falcatas prati sitas in finagio Cudriffini in pascuis dicti loci inter pascua dicte ville de Cudriffino ex una parte et prata Cononis filii quondam Ochtheti de Adventhica de Cudriffino et liberorum quondam Mermeti dicti Magnoz de Cudriffino ex altera..., dated 31 jul 1342, witnesses for the present reconnaissance of 05 jan 1459 Petrus Panchiviaz clericus Sancti Albini et Nycodus Ramuz de Cudriffino, no signature or paraphe.

169 **Chapel of Saints George and Katherine at Ressudens**

30 jan 1459, Dompnus Johannes Sonde capellanus et rector altaris seu capelle Beatorum Georgii et Katherine fundatorum in ecclesia parrochiali Beati Marie Virginis de Russudens per quondam bone memore Dominum Guiliermum de Grandissono tunc dominum Grandiscurie et Cudriffini, virtute legati pre predictum Dominum Guiliermum de Grandissono facti,

Et primo, de directo dominio preffati domini nostri ducis centum solidos Lausannenses census dicte capelle debitos per communitatem et probos homines de Sancti Albino en Vuillier pro eorum pascuis et pasturagiis.

Item, totam misselliaraim d'Agnens prout ipsa actenus usitata est percipi et recolligi, quiquidem centum solidi et dicta missillaria dudum extiterunt de feudo nobili et ligio predicto quondam bone memorie Dominum Guiliermum de Grandissono dominum ut supra et sibi per quondam Dominum Jacobum bastardum de Grandissono tunc recognitos, witnesses Ludovicus de Tretorens clericus et Nycodus Ramuz de Cudriffino, no signature or paraphe.

170 **Cure of Ressudens**

31 jan 1459, Dominus Johannes Andree residens Lausanne curatus parrochialis ecclesie Beate Marie Virginis de Ressudens, census et annuales redditus contentos et declaratos in lictera legati sequentes ex quo tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis,

Nos Petrus dominus de Grandissono, notum facimus universis quod cum **Illustris Domina Blanchia de Sabaudia** quondam consors nostra ... ? construi fecerit unum altare infra ecclesiam parrochiam de Ressudens in honorem Beati Johannis Baptiste affectans quod in dicto altari divinum officium celebraretur pro remedio et salute anime sue et nostre acque animarum predecessorum suorum acque nostorum, nos desiderantes quod bona intencio dicte domine ducatur ad effectum, dedimus et damus concessimus et concedimus et nos dedisse et concessisse in perpetuum pro nobis et nostris heredibus legitime confitemur Domino Rodulpho curato dicte ecclesie de Ressudens et successoribus suis in dicta ecclesia sexaginta solidos bonorum Lausannenses annui redditus census cum omni dominio, replacito, represia dupplo, et rebus ac possessionibus pro quibus debentur dicti census, quosquidem census debent annuatim in festo Beati Galli Confessoris persone infrascripte de Gerissens pro

tenementis suis que a nobis tenent in territorio et finagio de Gerissens, de Lugnouroz, et de Cudriffino, et debent solvi dicti census apud Lugnouroz in dicto festo,

170v Primo, videlicet Perrodus Magnyens de Gerissens decem et septem solidos cum uno denarios Lausannenses censuales quos debet et solvit annuatim in dicto festo apud Lugnouroz ratione sui tenementi.

Item, Perretus Curisie de Gerissens novem solidos Lausannenses census quos debet et solvit annuatim in dicto festo ratione sui tenementi.

Item, Jaquetus filius quondam Vuilliermi de Venti decem solidos et quatuor denarios Lausannenses census quos solvit annuatim in dicto festo ratione dicti sui tenementi.

Item, Uldricus Cuschoz quinque solidos cum uno denarios Lausannenses census (with one extra minim) quos solvit annuatim (lacking one minim) in quolibet festo predicto ratione dicti sui tenementi.

Item, Huguetus filius Gavin de Gerissens quatuor solidos et duos denarios Lausannenses census quos solvit annuatim in dicto festo ratione dicti sui tenementi.

Item, Perrodus filius Borcardi de Chynaux quinque solidos et decem denarios Lausannenses census quos debet annualiter in dicto festo ratione dicti sui tenementi.

Item, dictus Perrachy tres solidos et novem denarios Lausannenses census quos debet annuatim ratione dicti sui tenementi.

Item, Rodulphus filius quondam Cononis de Croux tres solidos cum uno denario Lausannenses census quos debet annuatim in dicto festo ratione dicti sui tenementi.

Item, Perrinus filius quondam Borcardi de Chunaul viginti denarios Lausannenses census quos solvit annuatim in dicto festo ratione dicti sui tenementi, ita quod dictus curatus ecclesie de Ressudens qui nunc est et qui pro tempore fuerit per se vel per alium ydoneum presbiterium imperpetuum qualibet septimana in dicto altari ter ad minus divinum officium celebrari, videlicet feria secunda pro defunctis, feria quinta de Sancto Spiritu, et Sabbato de Beata Maria Virginis si vero dictus curatus vel successores sui in predictis difficientur ut dictum est faciendis, nos et successores nostri dictos census possimus et poterimus imposterum ad alios pios usus prout nobis et nostris placuerit applicare, devestientes nos et nostros heredes..., in cuius rei testimonium nos Petrus dominus de Grandissono predictus sigillum nostrum duximus presentibus licteris apponendum, datum mense Novembris anno domini millesimo tercentesimo septimo tricesimo (November, 1337)..., to which terms the current curatus agrees, witnesses (in 1459) Ludovicus de Tretorens et Nycodus Ramuz de Cudriffino, no signature or paraphe. (Note that the censiers named are those who lived in 1337. The names of the current censiers are not given, nor are their "tenements" specified.)

25 apr 1459, ea que sequitur,

Et primo, ex eorum hereditate paterna de bonis et recognicione Reygnaudi Belliard de Chabrey, unum morsellum tam terre quam parti situm in territorio de Chabrey loco dicto ou (written uniquely here, o^u) Praz de Chous ? continente circa unam posam situm juxta rasperas comunitatis de Chabrey et les contors.

Item, retro domum Reygnaudi Belliard (or possibly Velliard) unum casale situm juxta viam publicam et casale heredum Mermeti Nerod.

172v Item, sex denarios Lausannenses annue pensionis sibi debitos per Johannem Menyer alias Rosalat de Campo Martino pro uno casali sito retro Campum Martinum retro domum quondam Vuissieux limictato ? (referring to the casali) in recognicione dicti Johannis Rosalat.

Item, octo denarios Lausannenses annue pensionis sibi debitos per Roletum Rosalat de Campo Martino pro una posa terre sita in territorio Campi Martini loco dicto ou Champ Bourgeois limictata in recognicione dicti Roleti Rosalat.

Item, unam posam terre sitam en Mombet de longitudine terre liberorum Henrici Vessaz seu des contors a partibus orientis et occidentis, affrontat a parte venti super terram Othonini Bonfis et Johannis Rosalat, et a parte boree super terram dicti Othonini Bonfis, quam sub certo censu tenet dictus Othoninus Bonfis a dictis recognoscentibus, pro quibus rebus et bonis superius limictatis et designatis debere confitentur dicti recognoscentes prescripto domino nostro duci et suis quibus supra *unam galice sogny census*, witnesses Ludovicus de Tretorens clericus et Nycodus Ramuz de Cudriffino, with signature and paraphe of Bartholomeus Tretorini. (The cense is evidently a coin known in French as a sogny or sogna)

(The index also mentions the following item, with no folio number, but this item has not been found :

Hugoninus Bosset governor of the hospital of Friburg.)

END